Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ibi homo habens manum aridam.
Et obseruabant eum. si sabbato
curaret. ut accusarent illum
Et ait homini. habenti manum
aridam. Surge in medium. Et
dicit eis. Licet sabbatis bene
facere. an male? Animam sal
uam facere an perdere. At illi
tacebant. Et circumspiciens eos
cum ira. contristatus super cecita
tem cordis eorum. dicit homini
Extende manum tuam. Et exten
dit. Et restituta est manus
illi. Feria. vi. ad chorintheos.
Fratres: Bonum est homini mulie
rem non tangere. propter for
nicationem. autem vnusquisque su
am vxorem habeat: et vnaquaeque
suum virum habeat. Vxori vir de
bitum reddat. similiter et vxor viro.
Mulier corporis sui potestatem non
habet sed vir. Similiter autem et vir potestatem
sui corporis non habet. sed mulier. No
lite fraudare inuicem. nisi for
te ex consensu ut vacetis oratio
ni. et iterum reuertimini in idipsum. ne
temptet vos sathanas propter in
continenciam vestram. Hoc autem
dico secundum indulgenciam. non se
cundum imperium. Volo autem omnes
homines esse sicut meipsum. sed vnus
quisque habet proprium donum ex deo.
alius quidem sic. alius vero

sic. Dico autem non nuptis et vi
duis. Bonum est illis. si sic per
maneant sicut et ego. Quod si
non se continent nubant. Melius
est enim nubere quam vri. S. Lucam.
In illo tempore: Cum esset ihesus in vna
ciuitatum. et ecce vir plenus lepra
Et videns ihesum. et procidens in fa
ciem. rogauit eum dicens.
Domine: si vis potes me mundare.
Et extendens manum. tetigit eum
dicens. Volo. Mundare. Et con
festim lepra discessit ab illo.
Et ipse precepit illi ut nemi
ni diceret. sed vade ostende te sacerdo
ti. et offer pro emundacione tua.
sicut precepit moyses in testimo
nium illis. Perambulabat autem
magis sermo de illo. et conuenie
bant turbe multe ut audirent
et curarentur ab infirmitati
bus suis. Dominica. iiij. Oratio — dominica quarta 4
Deus qui nos in tantis pe
riculis constitutos pro humana scis
fragilitate non posse subsistere.
da nobis salutem mentis et cor
poris: ut ea que pro peccatis nostris pa
timur: te adiuuante vincamus.
Fratres: Nemini Ad romanos
quicquam debeatis. nisi ut
inuicem diligatis. Qui enim
diligit proximum legem impleuit.
Nam non adulterabis. non oc